

## Franckesche Stiftungen zu Halle

### D. Joachim Langens, Der Theologischen Facultæt zu Halle Senioris, und des Semin. Theolog. Direct. Lebenslauf, Zur Erweckung seiner in der ...

Lange, Joachim Halle, 1744

VD18 11409371

#### PROGRAMMA EPISTOLICVM AD STVDIOSAM IVVENTVTEM

#### Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden. Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

#### Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downladed and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Halfin Danielei and Capatrian Base e-halle.de)

# D. IOACHIMI LANGII,

FACULTATIS THEOLOG. SENIORIS ET SEMINARIA THEOLOG. DIRECTORIS,

# PROGRAMMA EPISTOLICVM

AD

## STVDIOSAM IVVENTVTEM,

IN ACADEMIA FRIDERICIANA SANCTAE THEOLOGIAE STVDIIS ADDICTAM:

ET IN ILLA PRAECIPVE AD EOS, QVORVM PATRES,

THEOLOGORVM FRIMORVM & SENI-ORVM FILII,

IAM INDE A SECVLO DIMIDIO,

QVOD ACADEMIA, POST SOLEN-NISSIMAM INITIATIONEM, HOC ANNO SEMISE-CVLARI

FELICITER COMPLET,

FILIOS SVOS, CEV ILLORVM NEPOTES,

ET POSTHAC MISSVRI SVNT:

E QVIBVS PRAESENTES ET PROXIME AD.
VENTVROS AD LECTIONES SVAS PVBLICAS
ET PRIVATAS, SEMESTRI AESTIVO ET HIBERNO VOLENTE DEO HABENDAS, QVAM HVMANISSIME
INVITAT.

HALAE MAGDEBURGICAE ANNO MDCCXLIV.

n Go


und 36

nhed mi

1 Slott

ros it,

nnad



apientissimum sane est Thean-dri nostri, beati D. Martini Lutheri, confilium, quo is fub initium Opp. Tomi I. Altenb. ad fanctae Theologiae studia feliciter tractanda, haec tria requirit ac commendat subsidia, ORATIONEM, MEDITATI-ONEM, TENTATIONEM. Quae uti fingula seorsum posita summi sunt momenti: sic coniunctim confiderata, ex egregio suo, quo cohaerent, nexu & ordine longe maius ad huc pondus habent. Id quod ut paulo evidentius adpareat, primum MEDITATIO. in istorum medio collocata, quid in recessu habeat, est expendendum. Requirit ea operam cuiusvis Theologiae cultoris propriam, in diligentia ac iusta animi ac virium acceptarum applicatione, qua istae augentur, exserendam, fub se continens auditionem attentam, & ledionem frequentem, cum repetitione identidem resumenda coniunctam. Vtraque enim nisi meditationi subserviret, meditanti deesset materia; vtpote ex auditis & lectis haurienda. Opera vero ista audientis & legentis propria si solitaria maneat, reliquorum subsidiorum praesidiis haud suffulta promotaque, babitum Theologiae Pelagianum exstruit, ab indole & virtute evangelica alienissimum, & eo minus ad vitam interne & externe recte instruendam idoneum, quo magis inflat. Ad quem ne Theologiae cultor fola meditatione, ita cum subsidiis suis peculiaribus in medio constituta, praeceps abripiatur, ei salutariter a dextra medetur ORATIO, a finistra TENTATIO. Etenim evangelica orationis praxis tota verfatur in viribus gratiae, in ordine verae conversionis ac renovationis e plenitudine I Es v CHRISTI, per vnctionem Spiritus Sancti recte admissam, hauriendis & fideliter collo-Qua ratione theologicae cognitionis habitus non manet ανθρωποδίδακτος, sed redditur θεοδίδακτος, &, secundum definitionem Dannhauerianam, a me faepius commendatam, Asodidantos in conscientia pura & animo devoto. Quae genuina genuini habitus constitutio ut ad hanc formam emergat, eam non parum acuit ac promovet TENTATIO, feu asunsis, ipsa exercitatio, qua, quae per salutarem theoriam recte digesta sunt, in quotidianum fidei ac vitae alimentum vsumque sabutariter deducuntur. Quae praxis, tanquam alma experientiae mater, in studio theologico tantae est necessitatis, vt sine ea istius cultor fimilis sit alicuius opificii tironi, qui sine manuum applicatione, seu sine usu, qui vel solus facit artificem, solitario aurium & oculorum adminiculo ad istius magisterium contendere velit: porro non dissimilis illi, qui de rebus fub

xime

fub vifum & gustum cadentibus, fine vtroque de iis e solo auditu, atque ita tanquam cæcus de coloribus, iudicare contendat. Activa vero ista tentatio, in perpetua fidei ac vitae praxi posita, si genuina est ac constans, pasfivam e se gignit, ita comparatam, vt, quid mysterium crucis sit, per ipsam experientiam condoceat, inprimis orationis subsidio constanter instructa. O quam rara est meditatio vna cum subsidiis suis propriis, auditione, lectione ac repetitione! Quam plurimos enimin ista sibi ipsis adeo deesse, vt nequidem ad superficiariam rerum divinarum notitiam pertingant, manifestum est. Immo demus, eam in suo genere apud complures esse solidam, folitaria tamen, seu sine orationis & tentationis subsidiis sibi soli relicta, pro viva genuini christiani & Theologi persona, vix aliquod mortui fimulacrum oftentat, nomine fuo indignum.

Hisce praemissis, ad Vos, VIRI IUVENES, sacratiori Theologiae studio dicati, mea se convertit oratio. Et primum quidem ad omnes ac fingulos, quorum salus mihi officii & ecclesiae causa curae cordique est O quam velim, vt confilio Lytheri faluberrimo, pro emphafi fua paucis declarato, morem geratis quam fidelissime, hac ratione Christo in ecclesia ipsius futuri πολύκας ποι. Prelo certis de causis pro-Bb 3

rietier.

NTATIO

tourg

erae on-

ine los

er collo

gnitio-

os, sed

efinino-

us com-

purad

at, ta

in quo

cultor

he mi

vel folto

xime exibit Vitae meae adhuc, quae DEI est gratia, superstitis brevis delineatio; prout eam postætatem scholasticam, primum in academica ad comparandum Theologiae habitum, deinde ad comparati applicationem in munere scholastico, pastorali iuncto, & tandem hic in academico in trigesimum sextum vsque annum per DEI gratiam transegi. Quam etsi nemini pro adæquata vitae ac studiorum norma exhibeo; vtpote meae mihi tenuitatis multaeque imperfectionis demisse conscius: spero tamen, in ea non deesse, quae vti quam facillimae, ita etiam saluberrimae, sint imitationis. Cui si speciatim addatur promta admissio Praemonitionis meae Antiherrenhutianae, libello isti subiectae, & illis praecipue necesfariae, qui mentis sunt Christo sincerius addichae, & ideo insidiis, quibus in transversum agantur, magis expositae; mihi & ipsis gratulabor de scriptionis istius labore non inutiliter collocato.

Iu li

n

10

6

ic

ex

Compellationi huic generali, CIVES ac AMICI DILECTISSIMI, subiungo specialem ad eos, quorum parentes iam inde a seculo dimidio mei fuerunt auditores, qui (exceptis excipiendis,) sua se attentione & diligentia, vitaeque evragla mihi reddiderunt amabiles, & apud alios commendatione dignos. Quorum

rum quantus fit numerus, vel inde poteritis colligere, si consideraveritis, ætatem meam septuagenaria iam quatuor annis maiorem, & munus meum didacticum, quod ut de schola Pomeraniae Coeslinensi non infrequenti nihil dicam, primum gessi in Gymnasio Berolinensium Fridericiano adeo frequenti, vt adultae aetatis alumnorum numerus numerum civium in aliquot academiis infrequentioribus adaequaret, & tandem in Academia hac longe frequentissima. Iam cum iuvenes viginti circiter annorum, iam inde a quinque annorum decadibus habuerim discipulos, facile liquet, inter eos, quotquot in vita adhuc funt superstites, iam dudum esse senes quinquagenariis, & ex parte etiam sexagenariis, maiores. Qui cum filios fuos iam dudum in disciplinam meam, tanquam nepotes morales, mihi quotannis submiserint, & eo quidem maiore cum fiducia, & lectionum mearum commendatione, quo utiliores eas olim ipsi sunt experti; facile potest colligi, in millenario nostro Studiosorum Theologiae numero, si non tertiam, certe ad minimum quartam eorum partem iam ab annis compluribus fuisse nepotes meos: quemadmodum praeter aetatem, ex advenarum literis, per eos a parentibus mihi missis, & ex eorum confessione, etiam fine literis, in prima falutatione sua edita, satis liquido mihi potuit constare.

DEL

routean

calenica

1,6

MORN

n licin

2000

off ne.

10rm

mul-

pero

fa-

atiodmis-

anac,

leces.

addi-

rfum

gra-

ini

pfo

fri,

fun

om

Vo

OFI

Dog

yata:

grat

feri

ge

gia

ten

int

DO

rio

den

litur

DINE

SOX

rian

朝丽

ideo

TE,

At enim vero haec, vti res est, referentem me non exiguus occupat, imo iam ab annis pluribus occupatum, moeror tenet, vti tot parentum mihi carissimorum, ita etiam Academiae & Ecclefiae caufa, aegerrime conceptus, & huc usque tacitetoleratus, tandem vero aliquando post diuturnam suppressionem, in salutarem finem, fortasse etiam eventum, benevole & placide aperiendus. Cuius quaenam sit caussa, Cives Dilectissimi, Oedipo Vobis non est opus. Vestra ea est lectionum mearum desertio, etiam ad ipsa Seminarii Theologici membra, non considerato, quod ame, eius Directore, benevole ipsis collatum fuit, beneficio extenfa, iam dudum ab antecessoribus vestris, qui hinc iam a pluribus annis discesserunt, illaudabili consvetudine in Vos traducta, fortasse etiam in futuros advenas traducenda. Ouae desertio eo sane est indignior, quo minus est promerita, & quo minus in ordine docentium monopolium didacticum locum habet, & quo minus ea ipsis parentibus vestris carissimis grata erit, & a reducibus vobis haud diffimulata approbationem habebit ullam. Non succenseo vobis: quod absit per omnem modum; sed impense vos amo, amore a parentibus vestris merito etiam in filios traducto, de falute vestra paterne follicitus. Doleo autem, quod vosmet ipsos ipsos ei subtraxeritis dono vivae vocis meae didactico, cui nec soliditatem, nec cum iusto ordine perspicuitatem deesse, ipsi parentes vestri, mei olim auditores frequentissimi, testes sunt locupletes, ut pote ἀυτήποοι & ἀυτόπται, omni exceptione maiores.

Vti generatim omnibus, sic speciatim Vobis, auditorum veteranorum filiis, superiori anno in Exegeticis (vt de neglectu in Dogmaticis nihil dicam ) lectiones obtuli privatas & utilissimas, easque cuivis desideranti gratuitas: & in semestri quidem aestivo eas in fermones Christi Ioanneos, vti argumenti Ionge gravissimi, sic ex parte etiam phraseologiae difficilioris: in hiberno in loca Pentateuchi Mosaici selecta de Christo, secundum fontem Ebræum, uti istas secundum Graecum. interpretanda. Oblatas habui; fed vacuis potius subselliis, quam auditoribus: & posteriores quidem, cum numerus eorum ad duodenarium recideret, eumque in senarium desiturum esse præviderem, medias mense lanuario abrupi. Siccine vero mea docentis vox viva, ac spirituali adfectu, qualem materiarum dignitas requirit gignitque, debite animata, aversatione vestra fuit digna? & ideo quidem, quod nec in dogmaticis maioris, quam pro vestra percipiendi facultate, Bbs svste-

naba

net, vi

a cian

me con-

tanden

presso.

Cuius

SIMI,

a est

i Se-

rato, colla-

aban-

undus

rudine

ros adlaneelt

8 900

m di-

iplis

82

bati

robis:

Theo

DUOI

10.

ed 1

plura

torui

annu

madi

eftab

prion

commi

hibern

cum

germ

ut au

fiant

eden

letice

buna grand

ech

crifi

quas

ticas

is fin

acade

fystematis dictitati; nec in exegeticis commentariorum, (quorum typis expressorum & viliori pretio comparabilium v. g. Laurentianorum, ingens exstat copia,) calamo excipiendorum autor sui, ac esse potui; sed, ad meas lectiones quod attinet, in his dissuasi disfusiorem scriptionis operam, quae, compresso in subselliis abdomine sacta, malum attrahit hypochondriacum, vitae litterariae iam per se satis infestum.

Iam pro ratione aetatis meae videri quidem possem, tanquam rude donandus, iure meo agere emeritum quietum: sed salva conscientia nondum possum. Cum enim DEus mihi ratione corporis & animae vires reliquerit ad docendum adhuc satis integras, iisque addiderit indefessum & debitum de academia, & per eam de ecclesia, bene merendi studium, ipsi me ingratum, ac huic inutilem, exhibere nec volo, nec possum, nisi per auditorum culpam sine mea invitus.

Vltima itaque vice, Vobis, Cives Carisfimi, rursus offero in semestre aestivum lectiones meas in selecta Pentateuchi loca de Christo, eo sane digniores, quo magis a materiarum dignitate sunt commendabiles, privatim singulis diebus habendas. Ad partem Theo-

Theologiae dogmaticam quod attinet, ea denuo inchoabitur ad ductum libri mei notissimi, Salutis Oeconomia, inscripti. Qui liber etsi brevis est ac succinctus, multo tamen plura continet, quam ad consveta candidatorum examina requiri solet, & tractatione annua, si tantum tres priores cuiusvis hebdomadis horae ei impendantur, commode potest absolvi. Quare posteriores (quibus, quae prioribus tractata funt, adhibita meditatione commode digeruntur) per semestre aestivum dabo operae dogmatico - homileticae; per hibernum Oeconomiæ salutis morali, quae cum dogmatica iam dudum e latino a me ipfo germanice versa est; & eum quidem in finem, ut auditores mei elocutioni homileticae assuefiant, fimul tamen in examine publico ad edendas responsiones latinas sint id onei.

Per tractationem vero dogmatico-homileticam intelligo eam, qua mihi in certa scripturae loca dispositiones ratione propositionis & partitionis ita exhibeantur, vt exhibitas e cathedra sine exhibentium nomine cum epicrisi praelegam, subiuncta declaratione, ad quas doctrinas oeconomiae vtriusque dogmaticas & morales loca ista pertineant, & ex iis sine alio librorum subsidio, quo Studiosi in academiis adhuc destitui solent, facile & solide deduci

eri qui

is, iun

m DE

relique, iisque ademie

le Chri

&

fret

feri

red

拉道

tefor

den

ani

pro

TO.

nec

pue

mi

加

CIII

07

tan

ton

Dent

deduci possint, cum ad sidei dogmata & vitae ossicia in Scripturis redeant omnia, ad easque historici argumenti materiae pro analogia sua facile possint reduci. Quam institutionem pro eo magis necessaria habeo, quo sepius in ea aliquoties tentata deprehendi, quam alienæ suggestuque publico indignae dispositiones mihi sunt exhibitae. E quo instituto meo dogmatico, morali & homiletico, qui felicius prosicere cupiunt, iis liber meus, iam dudum iterato editus, Oratoria sacra, ab artis homileticae vanitate repurgata, & simplicati suae restituta, commode poterit inservire.

De parte Theologiae dogmatica hoc adhuc monendum esse censeo, ad sufficientem, fixum & in futuros etiam annos duraturum cognitionis habitum, non fusficere cursum auditionis vnum; non quod libro meo, aut mihi eius interpreti, desit perspicuitas ac sufficiens illustratio: fed quod auditoribus multis partim iusta desit attentio & mentis capacitas, partim vero rerum gravitas & profunditas maior fit, quam ut unica tractatione recte possit digeri; in primis si, ut sieri non raro folet, horae aliquot negligantur, & frequens repetitionis opera meditationi iungenda intermittatur. Id quod cum probe observarent prima ordinis nostri theologici membra, eius SenioSeniori lectio dogmatica, tanquam primaria, ita fuit commissa, vt auditores de necessitate & vtilitate continuandæ tractationis in cosvetis consessibus, & alia etiam occasione, serio monerentur. Haec erat summa Programmatis mei Germanici, ad pristini & laudabilis status nostri conservationem, maiori spe, quam essectu, iam ante annos decem directa, ideoque nunc denuo repetenda, omissis, quae issud continebat, consissis, quae issud continebat, consissis ad salubrem studiorum suorum digestionem innotescant, vivae vocis occasioni reservantur.

Quod restat, omnibus ac singulis Academiae nostrae civibus carissimis, quotquot sanctae Theologiae studiis se consecrarunt, animum ac amorem fincere paternum cum promtissimo inserviendi studio publice declaro. Et eum a lectionibus publicis & privatis, nec non a commercio cum amicis, praecipue academicis, epistolico permultum temporis mihi adhuc supersit, illius quidem bonam partem in solitaria cum Deo conversatione, secundum folenne illud Patriarcharum אה האלהים, precibus & praeparationi ad beatam analysin dabo: quandoquidem vero tritum illud & verissimum: ORA & LABORA, mentem meam post editas Institutiones pastorales,

is homi-

fuaere.

hoc at

curlo

neo, W

sac fi

INS DU

rales, a scriptionis publicae labore vacuam, identidem vellicabit, modo dictis civibus nostris dilectissimis offero libertatem, quovis tempore, a lectionibus & prima post meridiem hora vacuo, me cum fiducia adeundi, & me de statu animi sui suorumque studiorum frequentius consulendi; cuius crebriori confultationis usu nihil consulturis erit salutarius, mihi vero gratius, hac ratione vltimam & breviorem vitae meae periodum quam utilissime collocaturo. Lectionum vero mearum semestri aestivo destinatarum initia incident in posterioris hebdomadis Lipsiensium nundinalis diem primum, qui mensis Aprilis erit vigesimus septimus. Istas habebo in auditorio privato fatis amplo, dogmaticas publice hora X. consveta, exegeticas privatim hora III. In utrisque primae hebdomadis horas dabo monitis de scopo ac ordine studiorum methodologico, in sequente hebdomade tractationem ipsam inchoaturus. Nec deerunt in reliquarum lectionum condimentum afceticae, diebus dominicis post sacra publica habendae. Cui instituto, vt DEus mihi docturo, & carissimis civibus audituris, largam Spiritus

Sancti gratiam largiatur, ipfum demisse & fidenter invocabo. Dabam Halae Mense Martio exeunte.

器)0(器